

quenter provocationem ad Judicium, quod in valle  
 Josaphat celebretur, nuncupaverunt. Nomi-  
 ne latente admodum & obscuro, nisi quod assensu ma-  
 gis scripturae, quam testimonio probari possit. Sive ex  
 Joel. 3. v. 12 *Propheta dicto: ( Confurgant & ascendant  
 gentes in Vallem Josaphat, quia ibi sedebo,  
 ut judicem omnes gentes in circuitu) extre-  
 mum Iudicium in Valle Josaphat celebratum iri statu-  
 erint, quae quidem D. quoque Chrysofomi est opinio. Sive  
 cum aliis \* idem iudicium in Olivarum monte, ad cu-  
 jus radices est Vallis Josaphat, expectent. Id probare  
 conatur ex Actis Apost. c. 1. v. 11 Viri Galilaei, quid sta-  
 tis aspicientes in caelum, hic Iesus &c. Sic veniet quem-  
 admodum vidistis eum, euntem in caelum. Sive, (ut  
 nuperrime Iurisconsultus quidam Westphalus vult)  
 huic citationi causam dedisse opinentur, liberationem  
 Josaphati a persecutione Syrorum, ubi in hac valle post  
 2 Chron. 18 reditum DEO gratias egit, & ubi spolia hostium divi-  
 sit: Sive, quod Christus aggressores suos, ex hac valle,  
 in ipsum irruentes, virtute oris hic prostravit; Sive  
 quod ex eorundem manibus discipulos suos hic eripuit,  
 propterea insolens huc citetur adversarius, ut similem  
 Syris & Iudaeis vindictam experiatur: Sive denique  
 ut recordatus, hujus & proximae Vallis Gehinnon, Iu-  
 dex, aeterni cruciatus memoria a lata sententia deter-  
 reatur.*

Tom. 5.  
 Operum  
 Chrysof.  
 \* Thomae  
 Aquinate,  
 Bonaven-  
 turae & sen-  
 tentiarum  
 Magistro.

Quic-